Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

¶ Curator

per confessionem aliquē hereticuz in parrachia sua vel ¦alibi q̄¦alios nducit ad heresim. quid faciet iste sacerdos Ray. in summa sua videtur dicere in isto casu confessionez posse reuelari. Et ratio sua est. q̄a talis non seruat fidē ecclesie cuz sit hereticus z infidelis. ideo fides nō est ei seruanda. xxiij. q. i. noli. Salua tamen reuerentia eius videtur magis consona veritati alia opio quam etiam ipse Ray. recitat. s. q̄ sacerdos non debet reuelare confessionē ipius. sed debet ire ad episcopum vel ad inq̄sitorez et dicere. Iusto di z vigila sup oues ¦tuas lupus ē in grege tuo. Et q̄ dr Ray. q̄ cum iste nō est fidelis non est ei seruanda fides. Dico q̄ reuelādo confessionem fides non fragit homini sed deo qui est fidelis in omnibus vijs suis. ¶ Sed nunquid confitens potest licentiare confessorez sic q̄ dicat illa que dr ei in cōfessione: Dico q̄ confitens bñ potest facere q̄ illa que confessor scit vt deus etiam sciat vt homo. dicēdo. s. ei extra confessionem que eidem dixit in confessione. z sic confessor poterit illa dicere exquo audiuit illa vt homo extra confessionem ¶ Sed nunquid sufficit q̄ cōfitens dicat cōfessori dicēdo. ego do vobis licentiā dicendi ea q̄ dixi in confessione. vel oportet q̄ replicet sibi omnia extra confessionē Aliq ui doctores dicunt. q̄ sufficit vt licentiet confessorem. Tamen Durandus in quarto suo dicit q̄ non sufficit. immo tenet omnia replicare sibi extra confessionē Et ratio sua que occurrit est ista. quia in his que sunt de necessitate sacramenti nullus potest dispēsare. nec etiam papa de quo magz videretur. sed tenere secretum ē de necessitate confessionis sacramentalis. vt probat diffuse. ergo nullus potest contra hoc dispensare. et per cōsequens nullus potest licentiare q̄ illa (que per eum dicūtur in confessione) reuelentur. ideo ad hoc q̄ reuelentur oportet q̄ sciantur aliter q̄z per confessionem. Et ex his patet q̄ si quis sciat aliquid per confessionem. et extra cōfessionē potest illud reuelare. z testari sup illo eodem modo quo scit extra confessionē ¶ Nota etiaz q̄ sigillum confessionis directe z ꝑncipaliter respicit peccata. vt patet ex preallegato decreto. Omnis vtriusq̄z sexus. vbi dicit. Caueat omnis sacerdos ne verbo aut signo. vl q̄ quis alio mō peccata ꝓdat. ex consequenti tamen ex quadaz cōgruitate respicit alia. Et hec de cōfessione dicta sufficiant

80